

PHILOSOPHORVM. 131

pillaris, quia circa materiam per latera vasis sub citrini vbi prius post summam nigredinē apparuit circulus albus. Et non cures de coloribus ante veram albedinem apparentibus, quia veri non sunt. Nam bis nigrescit, bis vilescit, bis albescit, & bis rubescit, Nā componitur quatuor diebus putrefactis, colorem dabit nigrum obscurum, diu moraturum, secundo nigrum citrinum, tertio rubeum nigrum, quarto rubeum claro similem croco sicco, quinto demum calorē recte albedinis circa quam nullum consequeris effectum. Cum autem apparuerit candescens per totā materiam, ad instar terræ foliata vel foliorum rubum fixa firmiter illam & calcina. Deinde addendo nouum humorem exalta & iterum fixa, & hoc iteratius. Demum mortificato igne vt prædicitur, & continue exalta albedinem in aurum solis aurigum, vt ascendat in curru igneo ad cœlum, post Heliam vel in paradisum gloriæ dyadematae regio insignito. Et tunc fit nostra tyriaca perfecta & lapis rotundus, quia in qualitate temperatus quatuor elementa lapidis concorditer exaltantur.

*Binies colorantur.*

*Vndecimus gradus dicitur multiplicatio.*

Quæ est bonitatis augmentatio coloris exaltatio, & quantitatis infinite artificiosa accumulatio

kk iij